



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCLXXXV. Continuatio ejusdem Argumenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

166 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum
eam , dicentes : Pax huic domui. Et si fuerit quidem dom
ella digna , veniet Pax vestra super eam : si autem non fu
digna , Pax vestra revertetur ad vos Matth. 10. v. 12. D
icit hic Christus nihil præstantius alicui optari , & pri
cibus à DEO postulari posse , quam Pacem , quam qu
cum DEO , Proximo , & secum ipso pacatè vivit. Hanc
Pacem Christus in hunc mundum ingressus per An
gelos appræcatus est , hanc ipse Discipulis post Re
rectionem aliquoties eos revisens impertivit , ha
secum affert , Animam hominis ingressus. Haec
& nos efficaciter , & non solis verbis appræcetur
omnem nos operam vult impendere ; quæ si deinde
recepta non fuerit , ad nos revertetur , præmio
scilicet operæ præstatæ æquè promerituros , quam
Pax nostra , & Animæ Salus recepta fuisse; unde
tiam si exiguum fructum vel Animarum lucrum fi
ciamus , non est , cur nos operæ , veluti perditæ , pa
niteat.

MEDITATIO CCLXXXV

Continuatio ejusdem Argumenti
Matth. 10.

PUNCTUM I. *Et quicunque non receperit vos , neq
audiérat sermones vestros : exeuntes foras de domo vel civ
itate , excutite pulverem de pedibus vestris (addit S. Ma
cusc c. 6. v. 11. In testimonium illis , quo scilicet testifi
tur , se cum illis , velut DEO exofis , nihil velle com
mune habere) Amen dico vobis : tolerabilius erit terra
domorum , & Gomorrhæorum in die Judicii , quam illa
vitati. Matth. 10. v. 14. Si Christi Discipulos non re
cipie*

cipientibus tanta mala evenient , quid fiet D E V M ipsum , & Inspirationes illius repellenti ? & quid fiet tam multiplici cognitioni ac notitiæ rerum Spirituallium per ipsa facta contradictenti ? Monet etiam Christus , ut cum malis & perversis hominibus agentes, pulverem etiam de pedibus diligenter excutiamus , ne scilicet minimos etiam defectus , pulvere significatos , ex conversatione cum ipsis adhærere nobis sinamus . Unde sæpe nos recolligere , nosipsoſ diſcutere , de commissis defectibus dolere , ab iſdem nos purgare , ac deinceps cavere debemus , quod idem est , ac pulverem de pedibus excutere .

PUNCT. II. *Ecce ego mitto vos , sicut oves in medio luporum.* Matth. 10. v. 15. Considera , quis mittat , quales mittat , & ad quos mittat . Ille , qui dicit : *Ego mitto , est Pastor Bonus , qui Animam suam ponit pro Ovibus suis ; unde magnâ in eum Fiduciâ etiam ad lupos eundum est.* Qui mittuntur , sicut oves innocentes & mites esse debent . Mittuntur verò ad lupos , non tantùm timendos , sed convertendos in Oves , vitæ innocentis Exemplis , persecutionum , & adverſitatum Patientiâ ; sic enim Oves prævalebunt lupis .

PUNCT. III. Ut verò hæc missio ovibus minimè periculosa , & lupis quam maximè fructuosa sit , monet Christus : *Estate ergo prudentes , sicut serpentes , & simplices , sicut columbae.* Matth. 10. v. 16. Prudentiâ enim opus est in prævidendis & præcavendis periculis , & damnis propriæ Salutis ac Perfectionis , & suavititer , simûlque efficaciter pertrahendis alijs ad suam Salutem ac Perfectionem . Simplicitate autem opus est tum erga D E V M per Intentionis puritatem , tum erga

168 Ab Octava SS. Corp. Christi. usque ad Adventum,
erga Proximum, per conversationis Sinceritatem
ut videat, nihil aliud queri, quam suam Salutem
do agendi humillimo, ac veracissimo. Pruden-
æstimationem, Simplicitas amorem & confidentiu-
pariet apud homines, quibuscum agendum erit.

MEDITATIO CCLXXXV

Continuatio ejusdem Argumenti.

Matth. 10.

PUNCTUM I. *Caveze autem ab hominibus* &c. *Tu*
autem frater fratrem in mortem, & pater filium: &
surgent filii in parentes, & morte eos afficiunt: & exirent
omnibus propter Nomen meum. Matth. 10. v. 17. *Sic*
Christus vult, ut omnes homines amemus, velut n
ipso; ita dehortatur ab amicitia privata ac minus o
dinata, atque ab omni humana fiducia, etiam ex
conjunctionibus, à quarum utraque ipsum cautel
stiuuisse, testatur S. Joannes c. 2. v. 24. dicens:
autem JESUS non credebat semetipsum eis, eo quod p
nō esset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium
perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine. In hunc finem apud Jeremiam c. 17. v. 5. *Hac d*
Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, &
nit carnem brachium suum. Imò paratos nos esse ope-
tet, à patribus, fratribus, & filiis spiritualibus (ut)
Religiosis Ordinibus nonnunquam contingere sole-
persecutiones sustinere, & odio haberi propter No-
men Christi, nimirum pro Exaltatione Nominis illius
quod Patientia & Imitatione ejus gloriosum redditum
nec tam curandum est, utrum in odium Nominis
Christi